



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst. 55. partis 4. Decisio CVII. Beneficia existentia extra regnum,  
pertinentia tamen ad collatores Regni, an dicantur existere in Regno ad  
effectum ut comprehendantur sub concordatis, & in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](#)

Ad Quæst. 55. partis 4.

D E C I S I O C V I I .

Beneficia existentia extra regnum, pertinentia tamen ad collatores Regni, an dicantur existere in Regno ad effectum ut comprehendantur sub concordatis, & in simili an beneficia exempta dicantur esse extra diæcesin in qua sunt situata?

R. P. D. Albergato.

Vasionen. prioratus.

Luna 18. Junii 1668.

S U M M A R I U M .

- 1 Concordatorum in interpretatione benignior, & favorabilior illis interpretatio sumenda est, & num. 3. Beneficia non solum existentia in Regno Francia, sed etiam alibi sita, & Collatoribus ejusdem regni subjecta, ad eosdem pertinent Collatores, & sub concordatis continentur, num. 1.
- 2 Beneficii locus, quandoque vero persona conferentis attenditur, pro ut favorabilius redditur ipsi Collatori.
- 3 Collatorum favore benigne, & favorabiliter interpretantur concordata in gratiam pacis, & unionis Ecclesia e-
- 4 manata.
- 5 Beneficium existens in dieceſi alienus Episcopi, & ad alterius collationem spectans, non dicitur esse de illa dieceſi, & num. seq.
- 6 Capella existens Florentia, & spectans ad Episcopum Eſulanum, non dicuntur esse Florentie.
- 7 Beneficium exemptum non dicitur in loco, in quo materialiter existit.
- 8 Negligentiam inferiorum in beneficiis exemptis superior supplens non ordinariam, sed apostolicam auctoritatem exercet.

8 Alter-

- 8 Alternativa concessa Episcopo residenti capi beneficiatam intra, quam extra suam diocesim existentia, dummodo collatio ad eum spectet, & num. 9.
- 9 R. P. D. Robusterius olim sacra Rota Anditor vir doctissimus nuncupatur.
- 10 Concordata Regni Francie an sint personalia, vel potius localitatem praferant in materia collationis beneficiorum, & num. seqq.
- 11 Qualitas localitatis non tollit qualitatem personalitatis in dispositione mixta, locali scilicet & personali.
- 12 Concordata ut intret, satis est, quod concurrat altera ex qualitatibus, in eis expressis.
- Localitas, & personalitas quando una non destruantur ab altera, num. 12. & seq. & sup. a. n. 10.
- 14 Decr. Mohedani, que videtur contraria cannalera decr. Caputaq. in materia collationis beneficiorum in Regno Francie in vim concordatorum, quomodo concilientur.
- 15 Beneficia Cardinalium non continentur sub concordatis.
- 16 Beneficia Regni Francie, ubi cunque existant, ad ipsorum Collatores spectant.
- 17 Indulta Cardinalium recipiunt amplam interpretationem pro quibuscunque beneficiis ab illis dependentibus.
- 18 Concordata sunt favorabiliora indultis Cardinalium.
- 19 Exceptio continet personas, sicut continet regulam.
- 20 Exceptionis ea est natura declare Regulam.
- 21 Concordata si in aliqua parte Regni obseruantur, sic quoque in aliaparu ejusdem Regni observari debent. Observantia plurimum facit ad interpretationem voluntatis contractuum, num. 21.
- 22 Concordatorum declaratio definiunt ab alio concessionibus summorum Pontificum.
- 23 Status ultimus Beneficii attenditur ad agnoscendam qualitatem illius, & collationem substituendam.
- 24 Provisio unica defectuosa, & insufficiens non attenditur ad dignissimum statum beneficii, ejusque collationem substituendam.
- 25 Papa potest preventre ordinarium laborum in beneficiis concordatu & num. 32.
- 26 Provisio emanata per viam resquacis non mutat statum beneficii, intellige ut num. seq.
- 27 Status ultimus beneficii ille dicitur, qualis in ultimis collationibus fuerit expressus.
- 28 Concordata intrant etiam in beneficiis litigiosis; ordinarius collator in vim concordatorum procedere potest, iam beneficium litigiosum, num. 24.
- 29 Provisus de beneficio ab ordinario laboratore in vim concordatorum est legitimus contradictor adversus generalium subrogatum.
- 30 Capit. 1. & 2. ut lite pendente, non habent locum in Gallia vigore concordatorum. Consecundo existit in Gallia confundi beneficia etiam litigiosa vigore, num.

- concordatorum, n. 28. & seqq. eaque  
etiam à nostra Rotar servatur num. 31.      num. 31.  
31. *Vitra Montani* vigore concordatorum  
conferunt etiam beneficia huiusq[ue] Es  
sab num. 28. cum seqq.  
Rota Romana sequitur consuetudi-  
nem Ultramontanorum in conferen-  
dis beneficiis vigore concordatorum,
32. Subrogatio grata à Summo Ponti-  
fice de beneficio in concordatis com-  
prehendo excluditur ex antecedentib[us]  
collatione Ordinarii.  
33. Subrogatio grata ut excludatur suf-  
ficit quod evidenter non confuerit re-  
servationem sūisse notoriā.

**R**Evocatis ad Trutinam duabus decisionibus hinc inde in hac causa emanatis, prioris fundamenta complexi sunt DD. & consequenter Lascaro, etiamque gratiosè subrogato denegandam esse immisionem responderunt. Sanè Franciscus primus Gallorū Rex christianissimus in concordatis cum Leone X. glor. mem. inter cetera obtinuit, ut Collatores Regni plenā, ac omnimodā in beneficis auctoritate gauderent, id quem ad abrogandas pragmaticas sanctionem, pro cuius extirpatione tot Summi Pontifices, universumque Concilium Lateranense infudant, tum pro bono pacis, ac tranquilla totius Ecclesiastica Monarchia conservatione, in qua adeò inclinatum se ostendit sanctissimus Pater, adeòque primum bonus ille litterarum parens, ut postpositis itinerum incommodis, neglectisque, ut ita dicam, eorum Majestatibus, ad illam tractandam ac perpetuò stabilendam personaliter Bononiam congregati sunt. Quapropter cùm de hujusmodi concordatorum interpretatione tractetur, dubium non est, quin favorabilior pars sit accipienda, ut nempe comprehendantur tam beneficia in Regno existentia, quam ad Regni Collatores spe-  
ctantia, licet alibi sita iuxta punctualem decisiō in Vafinonen. Sacrifice 21. Maii 1539. coram Ptolomeo relatam per Mohedan. decisiō 3. alias 92. de probend. quam rejecto Romanō & sequacibus fecuti sunt Gonzal. ad reg. 8. glos. 12. numer. 30. Es 31. glos. 25. nro. 11. Ferrot. de app. lat. five abus. lib. 2. cap 6. num. 13. vers. presente usque in fin. ad primarias preces, scilicet 2. littera D. verb. per sc. c. Roman. Imper. vers. Mohedan. simonett. de reservat. queft. 1. num. 1. vers. quid facit, fol. mibi 621. Add. ad Dec. consil. 206. littera A. qui notat Romanum pessimè consuluisse. vers. verum est, quod per Tondut, in addit. ad queft. 269. num. 13. part. 3. impress. post indicem sui tractatus de pers. inquiens locum be-  
neficii, quandoque attendi debere, quandoque personam conferentis, prout favorabi-  
lis erit collationi Ordinarii, & generaliter concordata, ut supra in gratiam pacis, & u-  
niōnis Ecclesiæ emanata esse favorabiliter interpretanda favore collatorum inquit  
Rota penes Cassad. dec. un. c. n. 2. de pacl. & coram Puto incorrect. decisiō 108. nn. 1. vers. Es  
sunt concordata. lib. 2. simonett. d. Tract. de reservat. q. 99. n. 24. Es 25. Gonzal. ad reg. 8. d.  
glos. 25. n. 9. Chokier ibidem glos. 1. n. 10. vers. suntque favorabilia.

Ratio fundamentalis p[re]dicta sententia est, quia beneficium existens in diæcessu  
unius

- 4 unius Episcopi , & ad alterius collationem spectans non dicitur esse de illa diœcesi,  
*Ancharan.* in cap. si propter , num. 3. de *script.* in 6. ubi dat exemplum de Capellani-  
 stente Florentinæ subjecta Episcopo Fesulano , ut non dicatur esse in Florentia , ne  
 diœcesis Florentinæ bene. *Abb.* in cap. super eo , num. 6. de *paroch.* *Andr.* *Sicul.* in cap. Ab-  
 batem. col. fin. *codem* u. ubi quod beneficium exemptum non dicitur esse in loco , in quo  
 materialiter sicut est beneficium , ac ita etiam tunc in curia servatum fuisse testatur , &  
 bene id probat *Text.* in *Clemen.* 1. de *upplen.* neglig. *Pralat.* ubi in supplendis negliga-  
 tuis inferiorum superior in beneficiis exemptis , non ordinariam sed Apostolicam au-  
 thoritatem supplet , quem textum ad hoc referit & comprobatur *Rota* in dicta *Vafu-*  
 nen. *Sacrificia* apud *Mohedan.* in fine , & post *Erasm.* *Chokier.* de *jurisdic.* in exempli par-  
 2. quæst. 45. num. 3. & part. 4. quæst. 45. num. 2. & seqq. in *Leodien.* *Canonicius* 14. Ma-  
 tu 1643. coram bon. mem. *Merlino* inter ejus impress. decif. 891. numer. 3. & bone cum  
 rec. dec. 635. num. 2. par. 3.
- 8 Hinc videmus in consumilibus terminis alterativam concessam Episcopo residen-  
 ti non solum capere beneficia intra suam diœcesim consistentia , sed etiam alibi  
 istentia , dummodo eorundem collatio ad ipsum pertineat , *Garz.* de *benefic.* pnt. 3.  
 9 cap. 1. num. 705. in fine , ubi doctissimum Robusterium olim hujus sacri Ordinis ad-  
 ditorem ita respondisse refert , & dixi *Rota* in *Cesaraugustana* beneficij de *Tasfel.* 1.  
 Novembris 1596. & 6. Martii 1597. coram *Platto* impress. apud eundem *Garz.* ubi pru-  
 mō sub num. 706. comprobata coram *Roya* decis. 373. num. 6. surrecent. decis. 208. eadem  
 num 6. & dec. 221. num. 2. & seqq. par. 1.
- 10 Nullatenus subsistente , quod concordata utantur verbis localitatem praefere-  
 tubus : Quia quidquid sit in ordine ad alias materias , respectu collationis ben-  
 efficiorum , de qua nunc agitur in unico tantum loco , sub §. 1. tract. de collat. utrum  
 verbo considerantem , idque restitutive ad solum *Canonicium* , & præbendam Ther-  
 logalem , de cætro in toto titulo præfato nulla verba leguntur localitatem inferentia-  
 sed omnia apparent directa ad personas collatorum , facta mentione beneficiorum  
 cum adjuncto , ad eorum collationem spectanti , unde in hac parte , vel concordata sunt  
 mere personalia , ut decis. 4. num. 1. vers. 5. autem sit de privil. in antiqu. apud *Put.* def.  
 110. num. 1. lib. 2. & in recent. dec. 728. num. 1. par. 3. vel in omnem calum sunt mixta &  
 tunc per expressionem qualitatis localis non tollitur altera qualitas personalis , *Bal.*  
 in 1. apud *Inthan.* §. si quis alcui. ff. deleg. 1. *Rota* in recent. dec. 239. num. 7. vers. licet con-  
 das , & num. 8. par. 8. utque intret concordatorum dispositio satis est concordia  
 terutiis ex qualitatibus , localitatis scilicet , quando Collator est exterus , *Cogn.*  
 dec. 178. par. 1. & personalitatis , quando beneficium est extra Regnum in xia superde-  
 14 Elam decis. *Mohedan.* que proinde rectè videtur conciliari cum altera *Cogn.* ad-  
 vertit etiam *Sandiger* in sapra alleg. addit. num. 1. 3.
- 15 Comprobatur ex reg. 8. *Cancell.* hodie 9. quæ est directa personis ibi in exceptione ,  
 non

nontamen S.R.E. Cardinalium, aut aliorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam.  
 Et quoque alio initio; unde non Regna, aut loca, sed persona Collatorum perspe- 16  
 ctu loquuntur; ideoq; beneficia ubi cunq; existunt, ad ipsorum collationem spectant.  
 Garz. de benefic. par. 5. cap. 1.n. 705 cum seq. Rota in d. Casraugustana beneficu de Tace-  
 ste. 18. Novemb. 1586. Et 5. Marit. 1587. coram Pluto, ea est quidem optima ratione,  
 quia si indulatum, cuius vigore Cardinales excipiuntur, benignius arque ampliam exi- 17  
 git interpretationem, pro quibuscunq; beneficiis ab illis dependentibus, Rota dec. 986  
 n. 7. coram Seraph. Et dec. 635. n. 5. par. 3. rec. fortius augenda est hac gratia aut favoris  
 plenitudo respectu Collatorum sub concordatis comprehensorum, quia concordata sunt 18  
 indultia Cardinalium favorabiliora, ut ex Rotad. dec. 108. n. 3. coram Puteo l. 2. Et dec. 10  
 n. 3. lib. 3. par. 3. divers. insert. Gonzal. ad dict. reg. 8. glof. 25. n. 11. Ricc. in collect. dec. 4072.  
 §. ratio est vers. 5. continent maiorem favorem, dumque in Regula afficiuntur persone  
 ipse collatorum, idem aequo sentendum est in exceptione ad texti in l. nam quod tiqui- 19  
 doff. de pœn. leg. Et in specie Rota coram Seraphin. dec. 980. n. 7. dicta dec. 635. num. 5. par. 3.  
 Et dec. 366. num. 9. rec. ut ideo Summus Pontifex excipiens alios sub concordatis com-  
 prehenlos, aperte colligatur personas collatorum in iildem concordatis considerat. 20  
 se juxta naturam exceptionis regulam ipsam declarantis dec. in l. 1. num. 23. Et 39. ff. de  
 reg. jur. Rota coram Gregor. dec. 509. num. 3. Hincque est concordata in comitatu Ve-  
 nusino, sub hoc usu, & obseruancia, ut infra, vigere, quod aequo conductit ad inter-  
 pretationem mentis ipsorummet contrahentium, ad tradita per Manic. de tract. lib. 2 I  
 2. tit. 1. num. 5. Surd. dec. 534. num. 9. Rota coram Seraph. dec. 1440. num. 3. Et coram san-  
 mem. Gregor. dec. 502. num. 10.

Quod autem Beneficium, de quo agitur, licet positum in Territorio Vafino-  
 nen. spectet in jure conferendi ad Dominum Archiepiscopum Lugdunen-  
 sem Abbatem sancti Martini, patet evidenter ex dictis in *Summario presenti impre-  
 fax* num. 5. Et sequentibus, ubi inter cetera deducitur status antiquissimus annexio-  
 nis ac dependentia totius Prioratus sancti Romani ab Abbatia sancti Martini  
 Insula Barban. cum expressione, quod ejus collatio, tanquam Beneficii  
 annexi ad Abbatem pro tempore spectet; dantur superinde statuta Ca-  
 pitularia usque de Anno M. CC. LXXXIV. citra, quo Abbatia erat regu-  
 laris, & signanter adducitur Bulla secularizationis PAULI Tertii, glorio-  
 se memoriz juncta sententia super illius executione vocato ac præ-  
 ceteris interessente Priori sancti ROMANI exprefse reservandam col-  
 lationem istius Prioratus, & quorum cunque aliorum beneficiorum Abbatii  
 seculari cum iisdem exemptionibus, & privilegiis, quibus Abbas Regularis an-  
 tecederer fruebatur, & ita generaliter sanctum per hujusmodi secularizationem  
 ad instantiam Henrici II. Christianissimi Regis cum exprella relatione ad dicta con-  
 corda-

cordata inter cl. mem. Franciscum Francorum Regem, & Sedem Apostolicam in  
beneficiis pro tempore vacantibus, ex qua pariter defumebatur non obscura Pop-  
tificis declaratio comprehensionis hujus, & aliorum beneficiorum similiter depen-  
dientium sub iisdem concordatis, ad tradit. per Mantic. dec. 59. num. 12. & 13. cum alle-  
gatis in Barchinon. Canoniciatus 9. Junii 1645. §. & in Leodien. Canoniciatus 28. Iuni  
1655. §. declaratur coram bon. mem. Verofio.

Non obstat, quod ex colationibus centum annorum & ultra factis per Or-  
dinarios Vasinonen. & Legatos Apostolicos resulteret ultimus status, qui  
attendi soleat ad arguendam qualitatem beneficij, & sine difficultate ad subfinie-  
dam collationem, vulg. cap. consultationibus de jure par. Litter. de re benefic. lib. 1. quef.  
34. numer. 4. Rot. decif. 6. numer. 71. part. 10. cum aliis recentissimis in 2. decif. causa, §. penult.  
imo.

24. Quia animadverterunt DD. quoad provisionem Ordinatij, unicam tan-  
tummodo fuisse exhibitam de Anno M.D.LXXII. defectuosam & ineffectuam,  
qua ob id attendi non potest. Rota decif. 427. numer. 4. part. 4. rec. & coram Rota  
decif. 279. numer. duodecimo, quo verò ad provisiones Apostolicas vel emanasse per  
obitum præveniendo ordinarium Collatorem ex facultatibus, de quibus Rebuff.  
super concordat. sit. de Collat. §. si quis verò, velut ultimam de Anno M. DC. XL.  
processisse per viam resignationis, qua propterea statum beneficij non mutauit,  
Rota decif. 125. numer. 12. & decif. 224. numer. 17. & 18. coram Eminentiss. Othob.  
non attenta replicatione, quod id procedat, ubi prius documentum fuerit  
de statu anteriori, quia de illo constare visum est ex juribus, & instrumentis di-  
cis in hodierno Summario impresso dicto numer. quinto, sexto, & septimo. quibus con-  
ferunt aliae provisiones factae per Collatores Franciæ in mensibus reservatis desimi-  
libus beneficis existentibus extra Franciam, nimirum in comitatu Venofino, &  
liisque Provinciis, de quibus in eodem Summario numer. 11. nec non ex eo, quod  
in omnibus provisionibus reperitur expresa connexio, & dependentia istius Pro-  
ratus cum Abbataria, & specialiter in ipsam facta Lascaro dicto Summario impri-  
so numer. 8. ad tradita per Rot. coram Eminentiss. Othob. decif. 152. numer. 8. 9  
seq. & prius per Rebuff. in alleg. tit. de Collat. §. volumus, verb. regularia, vers. 3. neq.  
ritur, fol. mibi 602. Rota decif. 427. num. 2. part. 4. rec. et.

Minus obstat subrogatio gratiosa obtenta per eundem Lascarum in iuribus  
& possessione Cameret p̄t defuncti, quia etiam in beneficiis litigiosis intrant con-  
cordata inter Regem, & Sedem Apostolicam, ita ut ab ordinariis Collatoribus  
conferantur, ut notat Rebuff. in prax. benef. de form. signat verb. aut  
litigiosum, verific. & hoc ex consuetudine. fol. mibi 74. & de inveterata,  
& inviolabili observantia testentur, Sanleger. resol. benef. part. 1. cap. 22.  
rub.

rub. qua sit subrogationis praxis Gallia n. 4. & seq. & par. 3. cap. 163. n. 9. Unde bene potuit dictus Abbas eundem prioratum conferre Scoto, qui proinde est legitimus <sup>29</sup> contradictor adversus gratiosè subrogatum, Rot. coram Merlino dec. 1. n. 18. cum art. tis relatis in recent. dec. 65. n. 36. par. 11.

Nec refragante propterea dispositione cap. 1. & 2. ut sit pend. cum illa non amplius locum habeat in Gallia stante praefata confuetudine, de qua Rebuff. & Sanleger. <sup>30</sup> in loco mox allegato, & quam in ultramontanis partibus servatam Rota in illacum causis amplecti solet ad ejus normā literis decidendo, ut apud Put. dec. 167. l. 3. & dec. <sup>31</sup> 304. m. 2. vers. quam opinionem penes Cens. de cens. & alibi sapè. Cumque in vim concordatorum sit locus preventioni inter Sedem Apostolicam, & locorum Ordinarios, ut praeceps in illis disponitur, ut notat Gonzal. ad reg. 8. gl. 25. n. 19. & 20. eo ipso quod fecutā morte Cameret Ordinarius prævenit conferendo Prioratum eidem Scoto, e- <sup>32</sup> tam possessione subsecutā, inde excluditur gratiosa subrogatio per alterum colligi- gantem ab Apostolica Sede postmodum impetrata iuxta sententiam Sanleger, & a- liorum superius allegatorum, licet ad effectum, de quo agitur, nimurum ad denegandam immisionem gratiosè subrogato, fatis esse videatur reservationem non fore <sup>33</sup> notoriam & indubitatem, ut ceteris adductis in puncto cœlituit Rota dec. 58. per rot. co- ram san. mem. Gregorio XV.

Et ita utraque &c.

Ad Quæst. 65. partis 4. Additio.

**D**e materia immunitatis Ecclesiastice vid. Covarruv. l. 2. var. resolut. c. 20. Jul. Clar. S. fin. quæst. 30. Jodoc. Damhouder. in praxi crimin. cap. 106. Blos. in pract. crimin. si. de capitura num. 20. & seqq. Decian. in tract. crimin. par. 2. l. 6. cap. 25. & seqq. Farinac. in tit. de carcerib. & carcerat. quæst. 28. Et hodie ad terminos constitutions Gregorii XIV. & ejus interpretationem vide plenè Fagnan. in cap. inter alia de immunit. Eccles. ubi colligit septem casus, in quibus sine omni controversia rei ad Ecclesiasticos confugientes immunitate non gaudent, videlicet primò publici latrones & graffatores viatum, 2. nocturni depopulatores agrorum, 3. committentes homicidia & mutilationes in ipsis Ecclesiis, 4. Assassini, 5. proditorii homicidae & hereticorum, 6. apostatae à fide, 7. rei læse majestatis in personam ipsius Principis.

LII 3

AD